

# Digitaliseret af | Digitised by



**DET KGL.  
BIBLIOTEK**

Royal Danish Library

Forfatter(e) | Author(s): Harder, Henrik; C. Catulli Caninii [i.e.: Henrik Harder].  
Titel | Title: Canum cum catis certamen carmine compositum currente calamo  
Udgivet år og sted | Publication time and place: [S.l.], [s.a.]  
Fysiske størrelse | Physical extent: [4] bl.

## DK

Værket kan være ophavsretligt beskyttet, og så må du kun bruge PDF-filen til personlig brug. Hvis ophavsmanden er død for mere end 70 år siden, er værket fri af ophavsret (public domain), og så kan du bruge værket frit. Hvis der er flere ophavsmænd, gælder den længstlevendes dødsår. Husk altid at kreditere ophavsmanden.

## UK

The work may be copyrighted in which case the PDF file may only be used for personal use. If the author died more than 70 years ago, the work becomes public domain and can then be freely used. If there are several authors, the year of death of the longest living person applies. Always remember to credit the author



C. Catullus Laninius:


Lanum cum calis ur:

Lamen carmine - - - -

V. H. o. A.

53, - 44

DET KONGELIGE BIBLIOTEK  
DA 1 2 0 5 2 0 0



1 1 53 0 8 00183 1

DET KONGELIGE BIBLIOTEK



130023076171



*M. Rostky 185.4<sup>60</sup>*

*Henr. Harder*

CANUM CUM CATIS |  
**CERTAMEN**  
CARMINE COMPOSITUM  
CURRENTE CALAMO

**C. CATULLI CANINI.**

*1930 1947*



LIBRARIUM  
MUSEI  
MUSEI  
MUSEI  
MUSEI  
MUSEI





**C**Attorum canimus certamina clara  
canumq;  
Calliope concede chelyn ; cla  
riæq; Camæna  
Condite cum cytharis celso condigna co  
thurno  
Carmina ; certantes canibus committite  
cattos,  
Commemorate canum casus casusq; cato  
rum,  
Cum primis causas certamina cuncta cre  
antes.  
Currentem cupidi cruda cum carne ca  
tellum,  
Consperere cati captiq; cupidine cœnæ  
Comprendunt catulum, capiunt coguntq;  
carere  
Carne , canis clamor complebat compita  
cuncti

Com

Confluxere canes, conamina cruda catorum  
Conqueritur catulus, captas carnesq; ci-  
bosq;

Commemorat; cunctis cum cognita causa  
catellis,

Concilium cogunt, canus calvusq; culinæ

Custos Castrutio cathedram conscendere  
celsam

Cœpit, cumq; canum confedit concio, causa

Communis, clamat, comites, commune  
ciebat,

Consilium; coeunt crudelia corpora catti

Contrectantq; canum carnes complentq;  
culinam.

Contemnunt catulos; contemnunt? cedere  
cogunt,

Corpora corripunt, contestaturq; cicatrix

Cæcili catuli conamina cruda catorum.

Conniveat causâq; cadat careatq; culinâ

Clara caterva canum ? citius contendere  
cursu

Cum cervo cancer cupiet citiusq; canorus

Cogetur ereperis Cygnus cessisse cicadis.

Cur catuli cur cessamus? conjungite castra,

Convenient campo catti, certamine claro

Contendant cui conveniat censura culinæ.

Collaudare canes cani capere cerebri

Con:

Consilium, Ceneus cum Castilione creatur  
Centurio, Cernunt catti crudele cieri  
Certamen, coeunt cauti conflantq; cohores.

Callimedonta caput campi columenq; Catorum,

Consilium commune creat curamq; capessit,

Cumq; coegissent catuli cattiq; catervas,  
Certamen campestre catis campestre catellis

Complacuit, currere citi cursuq; citato  
Convenere canes, cum conspexere catellos  
Cattorum cuneata cohors, concurrere coepit,

Candida canenti cum Castilione Camauce,  
Conculcata cadit clarumq; cruore colorem  
Corrumpit, coeunt certamine Casca Colaxq;

Casca colorato candenti corpore Colax,  
Casca Colaxq; cadunt, carus Condoq;  
Coquoq;

Captaneus claram cupiens convellere Callam,

Conficitur, Catilina cadit, capiturq; Cerastus

Cumq; Capo Canaus celebris commilito claudi  
Crom-



Cromvelli. cùm cæpisset contingere ca-  
stra

Crantor corruerat cunctoq; cruore carebat  
Confectus carsu. confligit Claudia cæco  
Cum Cephalo, curvam Clebuli Caronia  
caudam,

Convellit. Cum cattorum coeunte caterva  
Colligeret cunctas Canape Chionæa co-  
hortes,

(Clara canis Canape campo Custosq; cu-  
bilis

Callimachi) cæpitq; canum convertere  
cursus

Corbulo consvetis contritus colla catenis;  
Certatur, cæsis colles camposq; cruentant  
Corporibus, colluctantur caudis cubitisq;  
Cattorumq; canumq; cohors. celeberrima  
Cauce

Cum cedens campo claudio cum crure cu-  
currit

Cæpissentq; canes cattorum cingere cornu;  
Currite, clamabat Caronia, currite catti,  
Conficimur capimurq;, canes cæpere cru-  
enti

Clauso certantes cuneo circumdare cattos.  
Cernite constrato cumulata cadavera cam-  
po,

Cerni.

Cernite calcantes cattorum colla catellos:

Cedamus campum canibus, causâq; cadam<sup>9</sup>

Continuo catti cedunt cursuq; citato

Condita conantur celeres contingere castra.

Cum consternari catts, cum corde carere

Conspexere canes, conclamavere citoq;

Conglomerata cohors certat contendere  
cursu

Cum Cattis capiunt cattorum castra cattsq;

Complures, captos cænoso carcere clau-  
dunt,

Connexis cruciant caudis cumulantq; cate-  
nis.

Centeni cedere catti, cessere cruenti

Centeni, claudit centum custodia captos

Concinno comitum celebrantes carmine  
cladem.

Complaudunt catulisq; canes, canibusq;  
catelli;

Constituunt certas captivis conditiones:

Cum canibus coeat Cattis Concordia: cænis

Captivi careant catti, cedantq; culinâ

Cum coqvitur, cineres captent, caleantq;  
camino

Cernere contenti completos carne catel-  
los.

Captivi canibus cito consensere, canesq;

Car-

Carcere confracto cum cattis conciliantur.  
Colle cavo comitum congesta cadavera  
condunt

Cattorumq; canumq; cohors curantq; cru-  
entos.

Complexi catulos catti cattosq; catelli  
Civili certant caudâ, cubitisq; cohærent.

Cantatur, crudam claudunt convivia cæ-  
dem,

Cunctaq; composito cessat certamine cla-  
des.

FINIS.





